a. A. 26. Aprilis 1622

18

VOTA ET MOTIVA IN PROCESSV FRANCISCI CAVALLER, SVPER INFANTIONIA.

IN Dei nomine Amen. Nouerint vniuersi, quod anno a natiuitate Domini nostri Iesu Christi millesimo sexcentesimo vigesimo secundo, die vero quæ computabatur vigesimo sexto mensis Aprilis, apud ciuitatem Cæsaraugustæ, & in Camera Regij Consilij ciuilis præsentis Regni Aragonum interuenerunt Magnifici Domini Iosephus de Sesse Regens Cancellariam, Dominicus de Abengochea, Augustinus Pilares, Ioannes Canales, & Franciscus Michael de Pueyo Regij Consiliari, coram quibus fuit positus processus Francisci Caualler super Infantionia, in quo omnes dicti quinque Magnifici Domini de dicto Regio Consilio concordes fuerunt voti & opinionis, quod atten. conten. &c. tenetur & debet pronuntiare & declare Franciscum Caualler Principalem Antonij la Tassa procuratoris fore & esse Infantionem de genere Militum & Infantionum, & debere gaudere omnibus & singulis priuilegijs, libertatibus, prærogatiuis, immunitatibus & exēptionibus cæteris Infantionibus præsentis Regni Aragonum concessis & indultis, neutram partium in expensis condemnando. Ex eo & alias, quia ex scriptis fidem in antiquis facientibus, constat in ciuitate Panorma Regni Siciliæ degere familiam qnoudam nuncupatam *de lo Caualleri*, nobilem generosam, cuius primogeniti temporibus Regis Alfonsi Varones erant Maxarti, in quadam eiusdem temporibus erat quidam Ioannes *lo Caualleri*, Miles & Varo, a quo defluxit Orlandus ab hoc Gitermus, qui contulit se in præsentem Regnum Aragonum, cū domno Ioanne Fernandez de Yxar domino de Yxar, & domna Timpor de Cabrera coniugibus, vbi contraxit matrimonium cum Catherina de España domicella vicina Alcagnicij, ex qua procreauit Petrum, hic aliū Petrum, qui de nouo fuit actualis militiæ armaturæ decoratus, Petrus minor procreauit Franciscum probantem, & iste Petrum & Michaelē, hæc est a temporibus Regis Alfonsi vsque in hodiernum diem huius familiæ propagatio, hos omnes decem & sex instrumenta publica mi-

lites

lites & Infantiones appellăt, quæ enũtiatio in tam antiquis tẽporibus rei veritatem atteſtãtur eoſdem a ducentis annis, & vltra Curia Iuſtitiæ Aragonũ tanquam Milites & Infantiones iurisfirmarũ præſido amplexa eſt, ex quibus & alijs inſtrumẽtis & documẽtis conſtat ſemper fuiſſe in poſſeſſione, ſeu quaſi ſuæ infantioniæ, neque minus per librum Confratriæ Militum & Infantionum villæ de Alcagnicij per publicam. Item, reputationem & famam omnium dictæ villæ, & quod plus eſt vniuerſitas ipſa probantiũ, & ſuos aſcẽdentes Milites & Infantiones eſſe mediante inſtrumento publico expreſſe fauetur, conſtat deniq; pro inſignis gentilicis detuliſſe ſcutum, & in eo in campo rubeo equitem vndique armatum vibrantem aſtam ſuper equum, ſimiliter paramentis militiæ coopertum, ex quibus clare deducitur vltra teſtes qui de his concludenter deponunt deducere probantem non ſolum Caſale & illius proprietatem, ſed & quaſi poſſeſsionem continuam, ſed etiam generis ſui ſplendorem.

Sig † num mei Ioſephi Iubero, Scribæ mandati ſuæ Maieſtatis, ac Cæſarauguſtæ domiciliati, authoritateque regia per totam terram & dominationem Domini noſtri Regis publici notarij, qui huiuſmodi vota & opiniones a regeſtro ſiue libro Regij Conſilij ciuilis de anno ſupra dicto, vbi continuata exiſtunt extraxi, & cũ eo bene & fideliter comprobaui, In quorum fidem hoc meo ſolito ſigno ſignaui.